

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors cy
cum fonte primo

Nemo nostrum cogitat quod quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo eciam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse tanquam migraturus habita. Propone tibi quandoque hoc contubernio carendum; felicior eris ad necessitatem exeundi.

Ibidem (Seneca LXXI. epistola).

Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum; sic veteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus habita. Propone tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 70, 16-17 (L. Reynolds ed., vol.1, p.206, ll.16-21).